

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Grauato pressura aut tribulatione, quomodo ad crucifixum Saluatore[m]
recurrendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

piam, & tui amore quam diu tibi placuerit, cum gaudio & gratiarum actione, atq[ue] cum plenissima resignatione meipius longanimiter omnia sustineam, Amen.

Inter patiendum sui oblatio atque commendatio ad Deum.

Omnem hanc pressuram quam nunc patior, o misericordissime Domine Iesu Christe, & si quid grauius etiam pati me volueris tui amore, de manu prouidentiae tue & de voluntate amantissimi ac paterni cordis tui suscipio, & pro immenso amore tuo, quo ab aeterno in saltem meam haec ordinasti, tibi gratias ago. Iesu fidelissime, quid dicam, nisi quia peiora merui, & omni gratia tua, consolacione, ac beneficio tuo indignus sum? Idcirco ad honorem acerbissimae passionis & mortis tue, in quas te ultra pro me obtulisti, offero me ad sustinendum hanc pressuram seu aduersitatem, proponens nullam aliam consolationem seu liberationem querere, nisi per te Domine, aut secundum beneplacitum tuum. Hoc tamen rogo & obsecro te per misericordissimum cor tuum, quia nulla virtus, & penitus nihil boni est in me, adiuua me, & da quicquid necessarium est (Plura enim necessaria sunt mihi peccatori misero & imbecilli, quam seruis tuis fidelibus) ad abstinentium & perficiendum beneplacitum tuum. Et fac ut ita me semper habeam, ita sim coram te, sicut maximè tue placet voluntati. Atq[ue] utinam valerem, utinam tantam a te gratiam acciperem, qua omnium & singulorum qui pro te passi sunt, pressuras solus sufferre possem, ut pro omnibus tibi gratias agendo, aliquid quod tue charitati gratum esset offerrem, & metotum tibi impenderem. Eia benignissime Iesu, fac me quæsito totum in omnibus secundum beneplacitum tuum, in agendo & patiente, & voluntatem meam sic vniuersi tibi, ut non aliud possim velle, quam quod tu vis, Amen.

Quando existimas te grauatum tribulatione aut pressura, recurre ad crucifixum salvatorem tuum, & inde presidium roga, modo quo sequitur.

Procede ad pedes eius, & osculatis pedum vulneribus, dic.

Respice, quæsumus, omnipotens aeterno Deus super me miserum famulum tuum, pro quo Dominus noster Iesus Christus non dubitanit manibus tradicentium, & crucis subire tormentum. Illumina cor meum, ut intelligam & sentiam quanto amore hanc aduersitatem super me venire permisisti, Amen.

Deinde ad manus crucifixi, dic.

Da mihi Domine sedium tuarum astrictricem sapientiam, quæ intellectum meum illuminet, cor meum purificet, & affectum meum inflammeret ad cognoscendum & amandum te Dominum Deum meum, in omnibus & super omnia omni tempore: & ut ipsa aeterna tua sapientia mihi assistat, me confortet, mecumq[ue] operetur, ut ad perfectum usque finem hanc pressuram sufferre possim, pro gloria tua, & pro vita, & omnium fidelium salute, Amen.

Tertio ad cor accede, & dic.

O amor ineffabilis, o charitas ad nos fidelissima & immensa, Christe Iesu a-nantissime, per amorem cordis tui, quo pro omnibus omnium grauamina pertulisti, adiuua me ut hanc pressuram & quanamiter sustineam quamdiu tibi placuerit, Amen.

Cogita sepius ita.

d 3

Dulcis



DVlcis Iesu, Deus meus, si mihi dares optionem & promitteres quæcumq[ue] p[ro]cerem te daturum, nō aliud quam hoc peterem, & hoc millies & millies peto, ut laudabilissima voluntas tua secundūm optimum beneplacitum tuum in me, de me & per me, & in omnibus fiat, Amen.

Quando aliquid tibi quod delectabile est, subtrahere aut vitare volueris, dicitur.

Dominne Iesu Christe, ad honorem & memoriam tui, & in gratiarum actione, quod pro meis peccatis satisfaciendo, propter me quæ carni duriora erant semper elegisti, & à noxia omni delectatione immunis fuisti, quæso te, da mihi sensuum acorum continentiam, vitorumq[ue] omnium, passionum, delectationum & affectionum inordinatarum perfectam mortificationem.

Dulcis Iesu in unione amoris tui, quo propter me delectabilia tibi subtraxisti, volo me continere à delectatione hac: vel volo intermittere, aut carere hac res sine consolatione. Da mihi pie Iesu, ut sincerè & purè propter gloriam tuam hoc veniam, possim, & perficiam iuxta beneplacitum tuum, Amen.

Pro imploratione diuini auxilij in tempore aduersitatis & tribulationis, precatio.

Offlitorum requies & desolatorum summa consolatio Christe Iesu amabilissime, qui tempore tuae acerbæ derelictionis clamore valido preces tuas in Cruce ad Patrem tuum cœlestem fudisti, ut similiter & nos, aut tentationibus crarjs immergi, aut molestijs & grauaminibus obruti ad te pro auxilio clamaremus, exaudi quæso me propitius in hora tribulationis & angustie, in tempore horroris & desolationis extremæ ad te clamantem, atq[ue] oculis consuetæ tuæ pietatis super me benigne respice, ab omniq[ue] noxia dæmonum impugnatione me erue, ne forte supergaudeat mihi inimicus meus, & dicat Præualui aduersus eum.

O Deus immense, fortis atq[ue] terribilis, suscipe clamorem vermiculi & exigui puluisculi tui in folio regni tui, in celo sancto tuo validè fortiterq[ue] clamantis & cœulantis, quoniam de nullis viribus meis confido, nec tantam in me fortitudinem reperio, ut possim resistere his, qui de die in diem quærunt perdere animam meam. Igitur nunc & deinceps omnem meam spem in te reponam, omnes causas meas quæ fidelis in te committam, ut tu pro me pugnes, hostiumq[ue] meorum infidias & impetus potenti tua virtute destruas, Amen.

Pro confortatione in tribulatione, precatio.

O Desperatorum fortitudo Christe Iesu, qui mundo desperito ac quasi desperato nouam in tua assumpta humanitate aduexisti salutem: obsecro te per illas acerbissimas passiones & dolores, quos benedictissima ac intemerata mater tua semper virgo Maria, in sua sanctissima anima sensit, quando te in cruce propter poenarum, & angustiarum vehementiam valido clamore anxiq[ue] corde clamarem audiuit, penq[ue] squalore & sanguinis exhaustione confessum & consumptum vidit, ut eadem fidelitate, constantia, & animi fortitudine, sicut illa tunc tibi astigit, mihi quoque cruci tuæ astare immobiliter concedas, neq[ue] illa aduersitate aut iniuriarum quarumcunq[ue] me frangi permittas perpessione, sed magis diuina tua virtute me conforta, corroboro, & vires patienti admisistra, ut tibi possim placere, ac in omni rerum euentu patientiam feruare, Amen.

Multa

